

durchgezählt und ausgefallene Paragraphen ergänzt. Die schwankenden Schreibung von e und e caudata bleibt erhalten. Ausgefallene, aber sicher erschließbare Wörter oder Wortendungen stehen in runden Klammern. Der textkritische Apparat verzeichnet neben dem Befund der Salzburger Handschrift auch die Abweichungen gegenüber dem Codex Udalrici (CU).

Edition

[A] Prologi epistolarum multipliciter fiunt. Antiqui mittentium nomina solebant preponere, moderni humilitatis causa, nisi excellentissima sit persona, mittentis consueverunt postponere. Interdum etiam excellentissimę personę humilitatis causa sua postponunt nomina^a. Sciendum preterea, non decere^b in omnibus epistolis eosdem prologos esse, sed pro diversitate mittentium personarum et quibus mittuntur diversos prologos fieri debere. Prologus inferioris personę ad antistitem: Summa veneratione, summę laudis cęlebratione dignissimo domino, divinę munificentia largitatis pastori et dispensatori quam optimo N. quicquid domino vernula fidus vel quicquid patri filius. [§] Ad abbatem: Reverentissimo ac sanctissimo cenobii Luxouiensis abbati vel indissolubile fidelitatis vinculum. § Ad priorem: Venerabili patri et venerando domino cellulę sanctę dei genitricis semperque virginis site in loco, qui dicitur N.

[B] [§ 1] Episcopus^c, servus servorum dei, omnibus orthodoxis fratribus archiepiscopis, episcopis, abbatibus atque universis sanctę ecclesię ordinibus salutem^d (et) apostolicam benedictionem^d. [§ 2] Episcopus, servus servorum dei, N. olim dicto episcopo et sequacibus suis quę merentur. [§ 3] Episcopus, servus servorum dei, archiepiscopis, episcopis, abbatibus in Gallia constitutis, qui in^e regno vel^e in gremio sanctę Romanę ecclesię permanere videntur, salutem et apostolicam (benedictionem). [§ 4] Episcopus, servus servorum dei, omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ducibus, marchionibus, comitibus omnibusque christianam et beati Petri apostolorum principis fidem et doctrinam defendentibus^f in omni regno Thevtonicorum salutem et beatorum apostolorum Petri et Pauli benedictionem et omnium pecca-

a) nai mit Kürzungsstrich Hs.

b) dicendos Hs.; decere Alberich von Montecassino

c) N. episcopus CU

d–d) s. a. b. über der Zeile nachgetragen Hs.

e–e) in

regno vel fehlt CU

f) defendentibus et observantibus CU